Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



134

denouit ac eundem supplicat ex intimis pro gratia sibi impetranda ex-
ramit voto itaq; emisso et oracionibus suis perfusis ex post per medium
interuallum ut credit quatuor dierum omnino sanatus exstitit et mane
mitas recessit Interrogatus testis ex cuius huiusmodi quibus verbis inter
positis et an ex vi verborum uel arte humana respondit testis per iuramentum
prestitum quod ex corde et mitimus et bona fide inuocauit beatum leopoldum
qui eum in infirmitate predicta ut credit firmiter releuauit et gratiam apud
deum impetrauit et dixit quod non credat possibile fore id ex arte uel vi
verborum fieri potuisse neque aliquam medicam aut medicinam in premisso
defectu apposuit neque alicui visus sit quia nulla applicare studuit insuper
adiecit quod nouerit quendam iuuenem etatis quatuordecim annorum qui
per duos annos in duobus sustentaculis et non ambulare alio potuerit
et dum idem iuuenis se ad beatum leopoldum deuouisset et uti ad eum
in sustentaculis suis completisset viderit eundem ex post sanatum et absque
sustentaculis ambulantem per omnia eiusdem iuuenis de anno pre-
fato videlicet septuagesimo sanatus exstitit

Super vicesimo articulo incipiens item quod eusdem miracula fuerunt re
examinatus testis credit firmiter articulum fore verum

Super vicesimoprimo articulo incipiente item quod talia miracula fuerit re
examinatus testis respondit articulum fore verum de miraculis et bene
fictis sibi impensis

Super vicesimo secundo articulo incipiens item quod omnia miracula re
examinatus testis respondit articulum fore verum prout supra ad vicesimum
primum immediatum articulum

Super vicesimotertio articulo item quod quotidie adhuc re examinatus
testis fatetur articulum quia ita sit publica fama

Super vicesimoquarto articulo incipiens item quod deputati amici re examinatus
testis credit et fatetur articulum et dixit famam generalem om-
nium in locis vicinis signanter in Swidaro Tebin exortam causam
reddit quia homines propter deuotionem et gratiam impensam peregrinari
ad Veronburgam quod alias non facerent

Et fuit testis iuramentum prout est mos

Eadem die oratis vicesima secunda mensis Iunii dominus petrus
Tamtzer de Behemkirchen laicus vxoratus patris domus etatis qua-
dragintta annorum citatus iuratus medio eius iuramento prestito eidem
primitus ad memoriam diligenter reducto ac de pena periurii clare am-
ratus respondit prout sequitur

14
143 alte
14